

D.

DOLOM per hanc literam majusculam mystice febrem quartanam denotabant.

DACRYDIUM, est succus Scammonii induratus, & cydonio excavato inditus, qui pasta obductus in furno vel sub cineribus assetur, & postea exemptus servetur usui, purgans est, creditur autem Scammonii vis violenta sic corrigi, & hāc præparatione applicata tutius operari. Latinis *Lachrymula*; ἀλαρηνος enim est lachryma.

DACRYODES, sive **LACRYMOSUS**, est ulcus continuo faniem aut ichorem effundens. Gr. Δακρυωδες ἡλικη, à δακρυωδη lacrymo.

DACRYON, idem quod *Lacryma*, à δακρυωδη lacrymo.

DACTYLIOS, podex est, sunt qui eo nomine rectum intestinum intelligunt, nonnunquam circulus est, patellus sive orbiculus, quo in Medicina utimur, à δακτυλη digitus.

DACTYLUS, est fructus palmae, oblongo-rotundus, dulcis, intus durissimum continens nucleum. Arbor proceria est, viginti passuum & amplius, crescit in Iudea, Syria, Ægypto, Africa, India &c. Folia enibus similia habet, deorsum cannarum modo decidentia. Vere floret. Ramus enim quodam involucro oblongo, velicet modo, ad ver usque clauso, & tunc aperto preditus, flores emitit parvos, albos, odoratos, racematis deorsum ab involucro residentes, ac pendentes. Autumno fructus matuantur. Cujus ramum una cum dactylis appendentibus hic loci me vidisse memini, à Latinis appellatur *digitus*. Codices fortè male dactylum habent pro Balano, quod glans est: & illi fructus glandes sunt, ergo: similitudinem enim cum digitis nequaquam repræsentant. Dicitur & φαντη, hinc compositio illa *Diaphenicum* dicta, inde nomen habet, recipit enim dactylorum pulpam. B. **Dadelen** / **Daben** / **Dalen**. G. Datteln. Gall. *Dates ou Daies*. A. a Date.

DANICH, pendet grana octo, idem quod *Lupinus*.

DAPHNE, est laurus: cuius folia, dum uruntur, sonant, crepitant, à δαινη vel δαι uno, & φωνη sonitus do. Alii à Daphne puella in Laurum conversa denominacionem trahunt. Vide *Laurus*.

DAPHNE ALEXANDRINA, vide *Laurus Alexandrina*.

DAPIA

DAPHNOIDES, est Laureola, sic ob Lauri similitudinem dicta, ex ἀφρην laurus & ἀφρην forma.

DARSIS, est excoriaio cutis, à ἀγεια exchorio. Vide *In-*
tertrigo.

DARTUS, est membrana scroti, quæ cellulose tuni-
cæ est lamella interior, cui accrescit musculus corruga-
tor; estque vera bursula, ambiens Testem undique, cui
ab altera parte alia similis accrescit, sive septum dictum
constituunt, vel potius faciunt duo scrota, unicuique testi
unum, hinc propriæ septum dici non debet à δέσμαις pellis.

DASYMMA, est palpebra internæ inæqualitas superfi-
ciaria cum rubore, à δαυρίᾳ hirsutus.

DATURA, est Solani species. Derivatur ab indica vo-
ce *Datiro* & *Tatel* seu *Datel*. Vide *Stramonia*.

DAUCUS, duplex est vel creticus vel vulgaris : cre-
ticus est planta, quæ habet caulem sesquipedem circiter
altum, rotundum, striatum, villosum : folia incisa instar
fæniculi, sed tenuius, lanuginoſa : flos est rosaceus &
umbellatus, plurimis scilicet petalis constans inæqualibus
in orbem positis, & calici insidentibus ; is autemabit in
fructum ex duobus seminibus compositum, rostro avium
æmulis, striatis, hinc gibbis, inde verò planis, parum vil-
losis, albescientibus; saporis acris aromatici, grati, odoris
debilis : radix est longa, digitæ crassitie, fibrosa, odorata,
saporis pastinacæ : crescit in Insula creta sive Candia, co-
litur etiam in hortis : Daucus vulgaris habet femina compre-
ssa, cinerea, dauco cretico breviora, latiora, circa mar-
ginem utrinque villo oblitera, saporis dauco cretico debilio-
ris, odoris fragrantis ; unde hæc planta à quibusdam Ni-
dus avis dicitur, quia umbella est instar nidi avis. Et
planta, quæ ἀντὶ τοῦ δάστερος, quod tormina sedet quietemque
inducat, flatus discutiendo nomen accepit. B. Kroont-
jes kruid / Vogel nest. G. Mohren-kummel. Gall. Pa-
ſenade, ou Carotte Sauvage, Panais. A. Bridesnest, Wild-
carrot.

DEALBATIO, sive LEUCOSIS, pertinet ad artem
cosmeticam, quæ facies, dentes, cicatrices, vel aliud quid
dealbantur. Utuntur hac voce quoque Spagyrici. B. Wit-
mahinge. G. Weismachung. Gall. Blanchissement. A.
Whiting, Bleaching.

DEARTICULATIO, sive ABARTICULATIO, idem
quod *Diarthroſis*.

DEAU-

DEAURATIO, dicitur quando pilulae ob amaritatem evitandam auro folatio obducuntur. Item Thincura fucata metallorum, monetarum &c. in colorem aureum. Gr. χρωσις. B. **Vergilding.** G. Vergeldung. Gall. Dorure. A. A Gilding.

DEBILITAS, est quando quis viribus minus potest, seu musculos corporis satis movere nequit, quod vel ex lipothymia vel syncope, vel ex inedia quoque, vel ex morbo, Laxitate fibrarum, vel alio quovis modo exortatur. Gr. ασθενεια. B. **Zwahheid.** G. Zwacheit. Gall. **Fosbleffe,** Debilité. A. Feebleneff, or Weakness.

DECANTATIO, & **DECUPELATIO**, est liquoris lymphidi à fecibus effusio. B. **Afgieting.** G. Abgießung. Gall. *Verfer par inclination.* A. Decantation.

DECIDENTIA, idem quod *Cataptofis*. Dicitur quoque neuter status, qui ex statu optimo & temperato versus morbum inclinat. Inde vox *Morbus ex Decidentia*.

DECLINATIO morbi, est, quando à statu & vigore recedit, & aeger extra discrimen ponitur: nemo enim in declinatione, nisi accidentaliter, moritur. Vide *Acme*. Per Declinationem aliiquid effundere, est quando vas continens declinatur, ita ut liquor sensim effundatur, ne sedimentum moveatur, & liquorem turbet.

DECOCTIO & DECOCTUM, vide *Apozema*.

DECOMPOSITUM, auget significationem compositi, estque illud quod jam in compositione (ut dicunt) per corruptionem & generationem convenerit.

DECORTICATIO, est, quando res, ut radices, semina, fructus &c. à suo cortice liberantur. B. **Affschilfge / ont schozfinge.** G. Abschelung der rinde. Gall. *l'Adition d'oter l'ecorce, ou de peler.* A. A Pulling of the bark.

DECREPITATIO, de sale communi & similibus muriaticis salibus dicitur, quæ cum ad ignem fine fusione calcinantur, strepitum seu crepitum edunt, donec aquofam partem amiserunt. B. **Krahlunge.** G. Das Krachen. Gall. & A. *Decrepitation.*

DECUPELATIO, idem quod *Decantatio*.

DECUSSIS, idem quod *Denarius*.

DECUSSIS, Antiquis ad X. literæ figuram siebat, quæ Latinis decem significat. Hinc *Decussari* est in speciem litteræ X. diduci.

DECUS-

DECUSSORIUM, est instrumentum Chirurgicum; quo dura mater leviter pressa, accuratè craniò adjungitur, ut pus intra cranium & meningem crassam collectum evacueretur, per foramen trepano factum. B. Niederdrucker. G. Niederdrucker. Gall. *Decussoire*.

DEFATIGATIO, denotat incommodum leve, quod ab exercitio, vel labore vehementi, aut protractiore accidit, unde quietis appetentes minus alacres evadunt. Hæc imbecillibus, valetudinariis, ægris & convalescentibus facile supervenit, item iis qui non assueverunt laboribus & exercitiis, aut qui noctu vigilarunt, aut qui jejunium, alvi fluxum, vel alia patiti sunt. B. *Dermocithied*. G. Muedigkeit. Gall. *Fatigue, Lassitude*. A. Weariness.

DEFECTIO ANIMI, vide *Lipothymia*.

DEFENSIVUM, à defendere, est Medicamentum Chirurgicum vulgare, quo imminentia symptomata à parte affecta præcaveantur. B. *Een dæmpf/ verhœvd middel*. G. Ein dæmpf und beschirm mittel. Gall. & A. *Defensif*.

DEFLAGRATIO, est Operatio Chymica, quâ Medicamenta deflagrantur, hoc est, per ignem subito purgantur, ut est nitri cum fulphure, antimonii cum nitro, unde subito flamma exoritur. B. *en de vlam zetten*. G. Brunst, Verbrennung. Gall. *Deflagration, Incendie, Embrafement*. A. A deflagration or Burning. Item denotat Februm intermissionem. Vide *Apyrexia*.

DEFLUVIIUM CAPILLORUM, vide *Alopecia*.

DEFLUXUS, idem quod *Catarrhus*.

DEFRUTUM, est mustum ad dimidiis coctum, ut *Serpa* ad tertias partes. B. *Gekochte most tot de heift*. G. Gekochter Most. Gall. *Vin cuit, Rasiné*. A. Wine where of the half part is sodden away.

DEGLUTITIO, est actio animalis, quâ alimentum in ore masticatum aut aliud liquidius absorptum, in ventriculum per œsophagum, protruditur ex ore & faucibus: que actio cùm sit intricatissima, explicatique longiore egeat, ex physiologis petenda. Vide Clar. H. Boerhaave in *Instit. Medic.* B. *Dooszweiging*. G. Die Verfchlungung, Verfchluckung. Gall. *Deglutition*. A. A swallowing down.

DEJECTIO, seu EGESTIO, & EJECTIO, est ex-

crementorum alvi per anum depositio. Quæ varia est tum in statu sanitatis tum morbosæ, liquida nemp̄, mediocris consistentiæ, versicolor, alba, flava, nigra, viridis &c. B. *Äsgang.* G. *Abgang,* Stuhlgang. Gall. & A. *A Dejection,* or going to Stool.

D E J E C T O R I A, vide *Catoretica.*

D E L A P S I O, est quædam decidentia, ut delapsio uteri, ani, intellini &c. B. *uitval / uitzinkung.* G. *Autzfall.* Gall. *Descente.* A. A palling douch.

D E L E T E R I U M, est quodvis venenosum, à *λασε* esca, quæ animalibus exitus paratur, vel à *κακο* noceo, decipio, deludo.

D E L I G A T I O, est pars *Chirurgie*, quæ vulnera, ulcera, ossa fracta &c. deligat. Estque vel simplex vel composita. Simplex est aequalis vel inæqualis. Aequalis est tantum rotunda, quæ membrum affectum circumquaque sine ulla in partem alterutram declinatione complectitur. Inæqualis in asciam & simam dividitur: tamen faltem ratione majoritatis & minoritatis differunt; ascia parum à rotunda declinat, sima verò multum. Variæ falscationis sunt differentiæ, sumptæ à partium, quæ vinciuntur, vel quorundam animalium, vel aliarum rerum similitudine Gr. *περιθων.* B. *Verbindung.* G. *Verbindung,* Gall. *l'Appareil,* *Deligation.* A. A binding.

D E L I Q U I U M A N I M I, sive **S U B I T U S A N I M I C A S U S**, suis non caret gradibus; dicitur enim *Eclysis*, *Lipothymia*, *Lipopsychia*, *Apopsychia*, *Syncope*, *Asphyxia* &c. quæ sunt totidem gradus. Observandum igitur primum, quod *Animi deliquium* hæc sœpe antecedunt; Cardialgia sc. Anxietas ex improviso, cordis quasi compresio, oscitatio, ventris murmur, gravitas vel dolor capitatis, vertigo, tinnitus aurium, caligines, variii colores oculo obverlantes, pandiculationes, horrores, frigus extreborum, pallor & pulsus mutatio. Secundo, his apparentibus & ingravescientibus, insequuntur lapsus si steterint vel federint; major pallor & frigus intenſum, pulsus rarus, parvus, tardus, debilis, unguium livor, respiratio minuta, denique motus ubique & sensus intercepti; at in *Syncope* pulsus planè cessat, ut & respiratio & motus omnis, sudor frigidus & viscidus exprimitur, urina sœpe, alvi fæces aut fæmen effluunt. Tertiò, quod soluto paroxysmo,

xvimo, qui brevior esse vel longior solet, suspiria sunt, languor adeat, imbecillitas, lafitudo, pigritia. Sed uti *Animi deliquium* gradum sternit ad *Syncope*, ita *Syncope*, prima mortis linea est. Quartò, hoc malum multis aliis morbis accidere solet, cum nempè vires prosternuntur, uti ex iis quæ de imbecillitate dicta sunt patet, ideo reperitur in febribus, in Asthmae, Hydrope, doloribus &c. Aliquando ab Hæreditate est, sed valetudinarii, Caechectici, Hypochondriaci, reconvalentes, pueri, senes, macilenti, obesi facile in id incident; verum alii id patiuntur ab odoribus, à conspectu rerum, quæ offendunt, ab esu etiam inscio rerum, quarum fastidio laborant, ab exercitiis vehementioribus, à nimio & repente gaudio, à purgatione, venæ sectione, sudore, aëtu, puris magna effusione, à gravi dolore, à venenis, aut ab ieiunibus vel morsibus animalium venenatorum. Dicitur & *Defecatio*. *Defecatio Virium*, *Languor Virium*, *Imbecillitas*, *Debilis*, Gr. ἀτονία, ἀσθενεια, ἐνδυναμη, ἀπόστολος δυνάμεως. B. *Flauante* / *magteloosheid* / *oumagt*. G. Ohnmacht. Gall. *Defaillance*. A. A Fainting or swooning. Faintness, Feebleſſe.

D E L I Q U I U M C H Y M I C U M, est destillatio per inferiora mediante igne: vel calcis in cellis humidis suspensa deliquatio & in humorem lixiviosum refolutio. B. *Smeltinge*. G. Niederwertz distilliren. Gall. *Distillation par defaillance*. A. The dissolving of any hard body into liquor in a moist place as salt &c.

D E L I R I U M, est idearum ortus non respondens exteroris caulis, sed interna cerebri dispositioni, una cum iudicio ex his sequente, & animi affectione, motuque corporis inde sequente: atque his quidem per gradus auctis, solitariis, vel combinatis, varia deliriorum genera sunt. Ponit semper cerebri medulloſi affectionem morbosam à quaunque causa ortam. Gr. παραφρενία. Hippocrates & Galenus variis vocabulis utuntur. Hippocrates quidem ad levem defipientiam significandam fere vocabulo παραφρενία & ληψια five παρανοία; Galenus vocabulo παρανοία, παρανοεῖα, sicut ad gravem significandam ισχνα, νεικία & ισχνα, utitur, παρανοεῖα vero de utraque usurpat. Species variae sunt, unde πατερι qui pauca loquuntur: alii & sermone delirant, & ridicula, aliena,

magnifica vel maledica non solum cogitant, sed & prolo-
quuntur : alii denique opere & factis cogitata exequun-
tur & haec omnia praeflant vel μετά γένοντος, vel μετά σεσ-
δης, sed hi omnes delirantium ordines ad certas differen-
tias redacti sunt. Sub delirio in genere dicto comprehen-
duntur παραφρεσία, θεραπεία, μανία, & alii
qui hoc referuntur, affectus. Delirium iterum est cum
vel sine febre. Cum febre φρεσίς vocatur, & quod im-
plex appellatur delirium, Gr. λύγος vel παραβολή, vel πα-
ραγόντες symptomata nimis febrium ardendum. B. *Dreyhoofdigheid* / *Lighthaedigheid*. G. Haupt-krankheit,
Unwitz, Aberwitz, Wahnwitz. Gall. *Radotement*, *Ref-
verie*, *Forcenement*, *Delire*, *Forcenerie*, *Reverie*. A. A
doating, doting, or dotage.

DELPHINIUM, est flos regius, est planta procera,
ramosa, que habet folia in longas partes divisa, & fer-
intar séniculi incisa : flos est polypetalus, anomalus, ex
pluribus nempē petalis dissimilibus constans, quorum su-
perius in caudam attenuatur, excipitque aliud petalum bi-
fidum & pariter caudatum : horum autem meditullium
occupat pistillum, quod deinde abit in fructum, in quo
velut in capitulum colliguntur vaginæ, secundum longi-
tudinem déhiscentes, seminibusque fætae ut plurimum an-
gulatis, nigris, saporis amari & ingrati : colitur hæc plan-
ta in hortis, propter pulchritudinem floris sic dicitur, quod
ejus flores nondū expliciti similitudinem cum pīce del-
phino habent : vocatur etiam *Confolida Regalis* à virtute
consolidante & floris pulchritudine : dicitur etiam *Eque-
stre calcar*, *Equitis calcar*, *calcatrippa*. B. *Hidder-spo-
ren*. G. Ritter-l. oren. Gall. *Pied d'alonette*. A. Larks spur,
Larks foot, Larks knaw.

DELTOIDES, est musculus instar Δ Græcum, trian-
gularis; oritur à clavicula, humero sive Acromio, & sca-
pulae processu spiniformi, articulum humeri suo ventre
tegit, inseritur parti anteriori & magis superiori quam me-
die ossis humeri ; à nobis & aliis in varios musculos dis-
peditur. Humerum attollit, à figura Δ & ο forma. B.
Dreyhoofdige spier. G. Der dreyhauptige maufz.
Gall. *Muscle deltorde*. A. The deltoide muscle.

DEMENTIA, inter species delirii refertur. Idem quod
Anag.

DE.

DEMERSIO sive IMMERSIO, est, quando Chymicis metallum aliquod liquori solventi submergitur. B. *Indus heling*. G. *Eintauchung*, *Verienckung*. Gall. *Demersion*. A. *A dipping*.

DEMULCENTIA medicamenta sunt, quæ possunt figuram medicamentorum, vel humorum nostrorum morbosorum, vel venenorum acrium ita immutare, ut ex figura acri, transeant in obtusam & inertem: duplicita sunt, vel generalia, quæ omnia acria genera, qualiscunque sint naturæ, indiscriminatim & ex æquo involvunt, non figuram eorum mutando, sed tantummodo quasi in vaginula includendo: vel specifica, quæ certam solummodo acrium speciem obtundunt. B. *Derzagende middelen*.

DENARIUS, est unciae pars septima: uncia enim continet septem denarios. Vide *Aureus* Gall. *Denier*.

DENDROIDES, est planta arbori similis, ex *Διδηρον* arbor, & *ιδηρον* forma.

DENDROLACHANA, oleri arbores: sic vocantur oletra, cum ferè in arboris altitudinem afflurgunt; ex *Διδηρον* arbor, & *λαχανον* olus.

DENDROLIBANUS, est Rosmarinus, quia arbuscula quasi sit, vocatur *Διδηρον* arbor, & *λιβανον*, quod Thus seu Olibanum oleat.

DENDROMALACHNE, est malva arborescens; ex *Διδηρον* arbor, & *μαλαχηνα* malva.

DENDRON, arbor. *Διδηρον* quia *δεινος διετον* graviter & molestè decorticatur, vel à *διετων* struo, ædifico, quia ex iis ædificia &c. eriguntur, struuntur.

DENS CANINUS, sive Satyrium Erythronium: est planta, quæ habet folia bina, aliquando terna, repentia, cyclaminis similia; flos liliaceus, ex sex petalis compositus, pendulis & repandis, quorum medallium occupat pistillum, quod deinde abit in fructum subrotundum, in tria loculamenta divisum, seminibusque fætum oblongis, flavescentibus: radix oblonga, carnosâ, alba, dentis canini forma: sic vocatur, quia ejus floris folia dentem caninum referant vel etiam radix. Gall. *Dent de Chien*.

DENS LEONIS, est Taraxicum, Cichorei sylvestris species: sic dicitur quod solium sinuatim per lacinias denticulatum sit, & *Rofrum* quoque *porcinum* nominatur. Vide *Taraxicum*.

DENTARTA, sive coralloides; est planta que habet folia quinquefolii, septem in uno latere disposita, oblonga, ricta, dentata, viridia, aspera: flores sunt albi, purpurentes, cruciformes, quadrifidi, ex calice surgit pistillum, quod deinde abit in fructum seu squamam, septo intermedio, cui valvae utrinque adhaerescunt, in duo loculamenta divisam, semiñibusque setam plerumque subrotundis; valvae per maturitatem in helicis formam convolvuntur, magnoque cum impetu semina ejiciunt: radix carnosa, squammosa, ac veluti dentibus incisa: haec plana crescit in montibus: sic dicitur, quod eius radix dentiformis, & in corallii modum nodosa sit. Gall. Dentaire.

DENTAGRA, vide *Forfex*.

DENTALIUM, est conchula parva, tubulosa, alba, glabra, dentatam rimam habens, ingreditur unguento citrino.

DENTARPAGA, vide *Forfex*.

DENTES, Gr. δόντες, sunt ossicula utriusque maxillæ per gomphosan infixa; adultis plerumque triginta & duo; vel viginti octo tribuuntur, quantum extra gingivas eminent sine perosteо conspicuntur, sed in maxillæ cæteris membranam à gingivis vasculosam, firma illa reddenter accipiunt. Continuo crescunt, secus ex frequenti detritione communuerentur, non tantum arteris & venis, sed & nervis prospiciuntur, à gingivis oriundis, ipsisque immensis, quod dolor vehemens aliquando arguit. Quatuor anteriores *Primates*, *Incisores* Isidoro, *Tomici* Celso. Gr. Τριτοί, διατάγμα, νήσοι, Τοπῆται, οὐδαοντοι. B. *Boter-tanden* / *lag-tanden*. G. Die færderste breite Zähne, die beisser. Gall. *Les dents de devant ou incisives*. A. The fore teeth. Qui à lateribus insequuntur acuti magis sunt, vocanturque *Canini*, *Oculares* & *Columellares*. Gr. κυνόδοντες, μόλας, & γούφιοι. B. *De Honds-tanden* / *vog-tanden*. G. Die Augen-zähne, spisz-zähne. Gall. *Les dents Oeillères*. A. The dog teeth or the eye teeth. Posteriores qui tunc sequuntur *Molares* appellantur, & habent majores superficies, & duas, tres vel quatuor radices, cum priores unicam tantum accepere. Hisce cibi duriusculi à prioribus incisi molæ quasi in pulmentum conteruntur. B. *Bach-tanden* / *maal-tanden*. G. Die flockzähne, die backen-zähne, grosse-zähne. Gall. *Les dents molaires*,

machelieres. A. The jaw-teeth or the grinders. Qui post annum trigesimum & quadragesimum interdum erumpunt, *Morum & sapientia dentes* sunt. Item *Genuini*, Cic. *Initii* Eid. Κειατηνες. ο ψιγοι Σωφρονες appellantur. *Dentalis vertebræ secundæ prominentia*, dentis quoque nomine venit. Omnes dentes in genere vocari solent. B. *Tanden.* G. *Die Zähne.* Gall. *les Dents.* A. The Teeth.

DENTIDUCUM, vide in *Forfex*.

DENTIFRICIUM, est Medicamentum ad dealbandos, extergendos & stabiliendos dentes, gingivasque roborandas paratum. Gr. ἀστροτριχία, σύνημα ὑπόταν. B. *Tant-poeper.* G. *Zahn-pulver.* Gall. *Dentifrice*, poudre à frotter ou netoyer les dents. A. Pouder to rub the teeth to make them white.

DENTILLARIA, idem quod *Dentaria*.

DENTIUM DOLOR, idem quod *Odontalgia*.

DENTIO, idem quod *Dentito*.

DENTITIO, est tempus illud, quo infantium dentes erumpere incipiunt, quod fit mensē septimo vel seriūs; & citius *superiores*, nonnullis citius *inferiores*, & in his anteriores priūs: tempore dentitionis sēpē, febres, convulsiones, alvi prosluvia, &c. exoriuntur. Gr. ἀστροφυλαξίδης, θερινοὶ, à qua differt ἀστροφυλαξ Galeno, sive ἀστροφυλαξ, ut ab Hippocr. vocatur, pruritus ille gingivarum, quem dentientes pueri sentiunt. B. *We tpd wanneer de tanden komen / tandinge.* G. *Zähnen, zähm gewinnen.* Gall. *La venue ou sortie de dents.* A. Breeding of teeth.

DENTO, est is, qui dentes eminentiores, prominulos, & os productum habet.

DEOBSTRUENTIA sive *DEOPPILANTIA*, sunt Medicamenta, quae obstruktiones aperiunt.

DEOPPILANTIA, idem quod *Deobstruentia*.

DEPHLEGMATIO, est operatio, quā reiterata destillatione aqua supersluia à spiritibus, vel puriori parte separatur. B. *Van zpn water zuiveren / deplegmenen.* G. *Von wasser säuberen, abziehen.* Gall. & A. *Dephlegmation.*

DEPILATORIUM, idem quod *Psilothron.* Gall. *Depilatoire.*

DEPLUMATIO, idem est quod *Ptilosis*, ubi palpebræ una cum tumore calloso, pili quoque earundem decidunt; estque composita affectio ex *Madarosi* & *Sclerophthalmia*. Ve-

Verum semper conjunctum non habet pilorum desluvium.

DEPURATIO, est rei alicujus purae ab impuro separatio, ut est despumatio, clarificatio. B. *Zuivering*. G. Säuberung. Gall. *Depuration*.

DERIVATIO, est actio quâ humor, pus, urina, sanguis &c. qui in partem influxit, & nondum impactus est, artis ope per locum vicinum educatur, vel ex loco uno in alium allicitur, cujus resistentia aliquomodo tollitur, ut sit per V.S. Cucurbitulas, Epispaistica, Frictiones &c. B. *Verleiding*. G. Ableitung. Gall. & A. *Derivation*.

DERMA, idem quod *Catis*, à *vies* cutim detraho.

DESCENSORIUM, est fornax Chymicis familiaris, destillationibus per descensum inserviens. B. *Een Oven* daar men mede na om tage destillert. G. Ein Ofen dar in man unter sich treibt. Gall. *Fourneau pour distiller par descentum*. A. Descensorie.

DESCENSUM, seu per descensum destillare, vide *Desliquum*.

DESICCATIO, est superflui humoris vel humiditatis per calorem evaporatio. B. *Wiedrooging*. G. Auftrueckung. Gall. *Desecchement*. A. Deficcation or drying.

DESICCATIVUM, est unguentum vel emplastrum, humores tenues ulceri instillantes exsiccans, à desiccare. B. *Opdrogend middel*. G. Treugende, abtreckende mitte. Gall. *Un desiccatif*. A. A desiccative or drying medicine.

DESIPENTIA, est delirii species. Idem quod *Paraphysyne*.

DESPUMATIO, est alicujus rei, ut syrapi, mellis &c. inter coquendum, spuma detracatio. B. *Schuiminge*. G. Abschaumung. Gall. & A. *Despumation*.

DESQUAMATIO, Gr. *Εξεπιτος*, est, quando in carne ossis vel alias, ab osse squamæ quedam abscedunt. B. *Ween-schüfering*. G. Ausnehmung der beinen. Gall. *Exfoliation, Desquamation*. A. A scaling of bones.

DESTILLATIO, eodem modo sumitur ut *Catarbus*, vide suo loco.

DESTILLATIO, est partium spirituosalium, humidarum vel oleosalium, in halitus fumosive vi ignis extenuarum, atque elevatarum extractio : destillatio sit per vesicam, cucurbitam, retortam, deliquium, filtrum, descensum, &c. eaquo in balneo mariae, arenâ, vaporibus, fimo, sole,

sole, reverberio, &c. peragitur. B. *Perdrippinge*, *Distilleeringe*. G. Distillierung, brennung. Gall. *Distillation*. A. Idem.

DETERGENTIA, à detergere, vide *Abstergentia*.

DETTONATIO, est deflagrationis modus cum sonitu, ex gr. cum sulphurea quadam, cum nitro permixta, igne admodum, pulveris pyrii instar, cum strepitu & fulgore deflagrant: ut in præparatione antimonii diaphoretici, & in accensione auri tonantis. Vide *Deflagratio*. B. *Ont plosinge*. G. Verpueffung. Gall. & A. *Detonation*.

DEUNX, sunt unciae undecim, libra Medica sive Romana, continet uncias duodecim, ideoque deunx est quasi deesset uncia.

DEUTEROPATHIA, est morbus ab alio morbo originem ducens, ex gr. si caput ex alterius partis vitio laborat, vel communicata ad id materiâ morbosificâ, relicto priore foco, ex ~~deutero~~ secundus, & ~~maxima~~ patior.

DEXTANS, est nomen ponderis pendens *uncias decem*. B. *Tici oncen*.

DIA, per, ex, est præpositio, quæ sœpè additur præparationibus Medicamentosis, ut *Diaprunum*, hoc est compositio ex prunis, sic dicitur diafena, diaires, diahaemicum &c.

DIABETES, sic Galeno dicitur. *Dipsacus Æginetæ* ab immensa siti quam invehit. Vel ut alii à serpentis quodam genere, quod *Dipsacus* appellatur & in *Lybia* præfertim reperitur, quod morsu suo venenum quoddam in homines infinuet, à quo sitis inextinguibilis inducitur, ~~diabētos sic ἔχει οὐδεὶς τις άνθρωπος~~, quali *Hydrops in matulam*. Hinc est quod hunc affectum *Matulam inter cutim*, alli *Urina profluvium & siphonem* nuncupant. Rarissimus est affectus, quem Gal. se bis tantum vidisse refert 6. de Loc. aff. Cap. 3. est urinæ fluxus valde copiosus cum siti intollerabili, & summo virium prolapso, imò urina non tantum, sed potus, & is parum vel nihil immutatus egeritur sub forma Chyli vel Lactis. Quos affigit, emaciantur, debilitantur, & præ siti, ardoreque viscerum vix se continent, & urinam cohibentes mox sentiunt lumbos, coxas & testes cum ardore, & gravitate intumescent, oritur autem à laxitate fibrarum in fistulis urinosis, & aquosa indole liquidorum corporis, à *diucaiva* pervado. B. *Water-zucht*

in de pis pot / pis-blood. G. Harn flusz. Gall. *Diabete*, *Flux d'urine*, écoulement d'urine continuel. A. A Diabetes or incontinency of urine.

DIABROSI, est solutio continui per exsolutionem, à *diabroso* peredo. B. *Borozting*. G. Durchfressung, Zernagung. Gall. & A. *Corrosion*.

DIACARTHAMUM, penult. corr. Vide *Carthamum*. Sunt qui existimant compositiones pharmaceuticas à Dia incipientes Arabibus deberi, sed falluntur; *Galenus* enim de composit. Medic. secund. gen. frequenter ita loquitur: *ἡ διὰ δικτύου*; *ἡ διὰ δυοῖς κέρασολαχίσιν*; *ἡ διὰ ἀσφάλτου*; *τρεχισκοὶ διὰ τῶν ἀλικανδρῶν*; *ἡ διὰ τῶν κυλῶν*; idem de compof. medic. secund. loca, sæpè ingeminat, *διάφροδος ὥραιος*, *διάφροδος τὸ μήνα*, &c.

DIACHORESIS, & **DIACHOREMA**, est excretio quorumvis excrementorum, ab *ἀποχωρίῳ* secedo. B. nit, *Werpselg / uitdpgselg*. G. Unflat. Gall. *l'Ordure*. A. Casting out.

DIACHYLO, dicitur emplastrum ex succis quibusdam compositum, ut & de gummis, ex *διὰ ex* & *χόρη* succus. B. *Sap-pleister*. G. Safft-pflaster. Gall. *Emplastrum Diachylon*. A. Sap-plaister.

DIACINEMA, dicitur cum ossa de loco suo nonnihil recesserint, ex *δ. à ex*, & *κυτώ* moveo.

DIACLYSMA, est oris collutio, ad fœtorem abigendum vel dentes, aut gingivas fôrdidas vel ægras confirmandas. Vocantur *πι τὸ πολὺ collutiones oris*; parantur ex astringentibus variis, ut *Biforta*, *T tormentilla*, *fl. Bauhiniorum*, *cort. granatorum*, *gallis*, *alumine*, *ung. Ägyptiaco*, &c. sub eo quoque comprehenditur *Garganisma* & *Apoplegmatismus*, à *διακλύσω* colluo. B. *Montspoeing*. Vide *Collutio*.

DIACODION, est Medicamentum ex papaveris capitibus, siliquis dulc. rad. glycyrh. alth. & faceharo param, habetque syrapi consistentiam. Ex *δ. à ex* & *καρποῦ* papaveris caput. B. *Borst sproop / Slaapbolle sproop*. G. Brust syrop. Gall. *Sirup pectoral*. A. A Syrup made of the tops of Poppies, Breast syrup.

DIACOPE, præcisionem, vel dissectionem in aliqua parte significat, sive studio, sive casu, à *διακόπτειν* præscindo. *Hippocrati* vulnus est omne quod altè descendit impactum-

pactumque est. Galeno est soluta in osse capitis continuitas ab aliquo acuto occursante, atque abscedente, vocatur que quoque *γύνων* & *ηρών*.

DIACOPRÆGIA, est Medicamentum ex simo capriño, adversis splenes & parotides, à *διά* ex, *κόπρῳ* ster-
cus, & *αἴλ.*, capra.

DIACRISIS, est distinctio & dijudicatio morborum &
symptomatum, à *διακρίσιν* distinguo, dijudico.

DIACRITICA, idem quod *Diacrisis*.

DIADOCHE, est successio per crifin, à *διαδοχαις* sus-
cipio.

DIADOSIS, est alimenti distributio, sive per omnes
partes pervasio, ex *διά* per *διάστημα* & do.

DIARESIS, est exesio vasorum, sit cum à causa ero-
dente, vel incidente, via aliqua, quæ adesse non debe-
bat, aperitur. Nam primò potest *diareosis* fieri ab humoris
acribus, qui erodendo unitatem solvunt, & viam pa-
tesciunt; quod etiam Medicamenta acria præstare pos-
sunt, modo crassarum partium sint. Nam tenuium partium
unitatem non rodunt, cum non haereant diutius. Deinde
humores crassi & acidi *diareosis* causa esse possunt, qui
partem distendendo rumpunt. Tertiò causa plurimæ evi-
dentes *diareosis* faciunt, omnes scilicet, quæ contunden-
do, & distendendo unitatem vasorum solvunt; qualia sunt
motus vehemens, clamor, pondus grave, vulnerantia,
contundentia, casus, saltus & similia, inter quæ & flatus
referri possunt, qui retenti tantâ vi interdum corporis par-
tes distendunt, ut non solum corporis cavitates dilatent,
sed rumpendo etiam novas faciant, & ipsi quoque unita-
tem solvant. Item operatio Chirurgica quæ continuò se-
parat, & sit incisione, ustione, terebratione, ratione, li-
matione, serratione, exesione, à *διαρέσει*, dividit. Vide
Diabrosis. B. *Woozhainge der vaten*. Gall. *Diereſe*.

A. A corroding of the vessels.

DIETA, est Methodus sanis moderatae vivendi: at
Dieta aegrorum est remedium in recto rerum, vita necel-
fariarum usu consistens: eaque ratione consistentiae est
crassa, *mediocris* & *tenuis*. Crassa instituitur alimentis co-
piosis, firmis & solidis, multumque nutrire aptis, hæc
simpliciter plena est, quæ siebat olim per ptisanam hordea-
ream integrum. Vel est *plenior* & *crassior*; quæ sit per
car-

carnes pullorum & ova foribia. Vel est *plenissima*, quæ etiam carnes castratorum concedit. *Mediocris* est, quæ ex mediocris substantiæ & quantitatis alimentis constat. Hæc olim per panem jure tinctum, vel etiam per carnes pullorum siebat. *Tenuis* est quæ & alimentis paucis, reñibus & infirmis perficitur, quæ ut plurimum acutis morbis convenit: eaque triplex est, *tenuis simpliciter*, quæ olim per ptisanæ succum siebat. Vel *tenuior*, in qua melioratum propinabatur; vel *tenuissima*, in qua nihil cibi æger sumebat. Verum nunc temporis diætæ non ita strictè observantur quam olim, præsertim in hisce regionibus, à *dietæ* nutrio. *Lebens wet / of Levens manier.* G. Ein gewisse Ordnung mit essen und trincken. Gall. *Diete, Regime de vivre.* A. Diet.

DIÆTETICA, sunt Medicamenta corrodentia & exedentia, à *diætæ*, divido.

DIÆTETICA, est pars Medicinæ præscribens cognitionem & usum rerum s̄ex, quibus sanitas, & vita nostra, ejusque regimen maximè constat, ut imminentes morbi præcaveantur, & præsentes profligentur: Hæc s̄epè dicuntur *res non naturales* à scholis: ut sunt aër, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, Animi Pathemata, excreta & retenta: quæ si modum excedant, morbos parciunt, ex *dietæ* alo, nutrio. B. *Lebens wsg.* G. Manier und ordnung zu leben. Gall. *Partie de la Medicine qui enseigne la diete, & un reglement de vivre.* A. Diète.

DIAGNOSIS, est signorum præsentium cognitio: sive cognitio, quâ præsentem morbi conditionem dignoscimus. Et que triplex partis *affectæ*, ipsius morbi, ejusque *causa recta* investigatio, ex d. & per, & *signa* cognosco. B. *Kentzeichen.* G. Kentzeichen. Gall. *Signe.* A. Diagnostick or the signs of a disease.

DIAGRYDUM, vide *Scammonium*.

DALEMMMA, idem quod *Apyrexia*, ex *dæm*, & *alio* relinquo.

DALEPSIS, est quædam interceptio: item intermissio quædam in fractura cum vulnero vel ulcere, ubi intermedium spatum relinquitur, pro ulceris aut vulneris curatione, itaque est intermissio deligationis, à *dælepsis* inter relinquo.

DIANOEÀ, est mens præmeditata, à *dancio* præmeditor.

DIA-

DIAPASMA, Plinio, Medicamentum aridum ex siccis pulveribus conflatum inspersile, quod aut vestibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique variâ ratione, aut potui etiam ad luxum inspergitur, Gr. διάπασμα, παταχία, καταπάσιν φέρειν. Cribasius non male discrimen inter has voces ex Antyllo ponere mihi videtur, ut ιπάχη παταχία sint, quæ sudoribus cohibendis, & commovendo pruritui adhibentur, quæ Sympasimata & Aspergines Aurelianus nominat: παταχία sunt, quæ ulceribus superponuntur, ξένη etiam dicta: διάπασμα verò concilianda fragrantia ergo inventa.

DIAPESIS, est ea conditio vasorum, qua membrana latera ita divelluntur à causa intus extende, ut inter fibras nascantur interstitia hiantia, quæ emitunt in cavitate contentum ex ipsis per, & παθός salio, falto. B. uitversting. G. Aufzbrechung. Gall. & A. Dilaceration.

DIAPEGMA, est instrumentum Chirurgicum, dictum & Intercolumna, sive pars transversaria, ad erorum laterumque compaginem firmandam, à παράδοσι compingo.

DIAPHANUM, est omne quod pellucidum est, ut humores oculares, tunica cornea, septum lucidum &c. à διαφανia pelluceo.

DIAPHÄNICUM, est compositio ex dactyliis. Ex λα & φοίνιξ Dactylus. B. Conserf van Valen.

DIAPHORESIS sive TRANSPIRATIO & SUDATIO, est decedentia omnis generis effluviorum per invicibilis corporis poros, ex λα per, & φίξια fero. B. uitwaafsemung.

DIAPHORETICA, Medicamenta sunt, quæ invisibilē perspirationem ex vasis cutaneis minimis augent, sanguinem paululum magis agitando quam naturaliter soleat. B. uitwaafsemende middelen. Gall. Diaphoretiques.

DIAPHRAGMA, φύργιον seu septum transversum, & differtum in ζωνα Aris, est septimentum musculosum thoracem ab abdomen distinguens, in medio tendinosum, exterioris in ambitu musculorum est; cesophagus, arteria magna, vena cava &c. per illud transeunt: oritur inferiori parte dextrâ à tribus primis lumborum vertebris, sinistra ab ultima & penultima thoracis, tendineo, ac mox carneo, principio, fibris directis adscendit, tendineisque; parte superiori, principio membranaceo tenui statim carnoſo ex toto

toto margine cartilaginosorum apicum costarum inferiorum & intimâ parte sterni ortum, fibris centrum petentibus decurrit, tendinescit, prioribus confunditur, unde agens ex convexo planum fit, hinc abdomen & contenta arctat & premit; hinc respirationi una cum ceteris muscularis inservit, & motu suo excrementa alvina foras convehit, à *διαφέσσω* sepio, munio. Tribuitur non tantum huic parti illud nomen, sed & Mediastino, septo in naribus, septo cerebrum in duo hemisphæria secanti, auris Tympani membranæ, aliisque, à *διαφέσσω*, sepio, munio. B.

Middel-rift / middel-schot. G. Das Zwerckfell, brustfell, gehæge. Gall. *Diaphragme*. A. Midriff, or diaphragme.

DIAPHRATONTES, sunt membranae, pleura, diaœ, quæ thoracem intus succingunt, & in medio septum vulgo *Mediastinum*, relinquunt, à *διαφέσσω* sepio. Vide *Diaphragma*. B. **Middel-schor / nuddel-rift.** G. Das zwerchfell, brustfell im leib. Gall. *Diaphragmes*. A. The Pleura and mediastin.

DIAPHTHORA, est corruptio alicujus partis in corpore, à *διαφθίσαι* corrumpo. B. **Verderbung.** G. Verderbung. Gall. *Corruption*. A. Corruption.

DIAPLASIS, est membra luxati vel fracti restitutio, à *διαπλάσσω* conformo.

DIAPLASMA, est unctio sive fomentum, à *διαπλάσσεσθαι* illino.

DIAPNOE, idem quod *Diaphoresis*, à *διαπνεῖσθαι* perspiratio. B. *uitwaafseming*. G. Die Aufzدampfung. Gall. *Transpiration*. A. Exhalation.

DIAPYEMA, idem quod *Empyema*, ex dia per & *κύτους* pus.

DIAPYETICA, sunt Medicamenta pus maturantia, à *διαπυεῖσθαι* suppuro.

DIARIA FEBRIS, idem quod *Ephemera*.

DIARRHOEA, est copiosus alvi fluxus, in quo liquida egeruntur absque dolore, sanguine, pure. *Diarrhoea* in multis morbis evenit, præsertim in quibusdam febribus & habet suas species. I. *Gravis* est, ubi paucis intervallis, interdum fermè citra remissionem copiosè per repetitos fluxus, nunc majores, nunc minores, excretis primò fecibus, humores expelluntur viscidi, aquæ, biliosi, flavy aut aliter constituti una cum muco quodam fundum matulæ

tulae occupante: ad sunt Febris, Anxietas virium Lapsus, neque dolor urget, sed murmur auditur subinde, cum dejectio sit, podex tamen non nihil dolet, Nausea vel vomitus scepè incident, & potus vel cibus ingestus una transit. II. *Serosa*, ubi tantum aqua & fluida prodeunt, cum Murmure, Tenesmo & aliquo dolore: haec Phthisi, Hydropi, Scorbuto &c. familiaris est, ac subinde in iis, qui sunt frigori sustinendo, minus validi, vel quæ à pedibus refrigeratis accidit. III. *Maligna*, que est in Peste, Febris malignis, Variolis, Morbillis cum recedere putantur ad interiora, contingit, in hac vires subito dejiciuntur & Anxietates non leves oriuntur. Humores sunt omnis generis, scepè fetentes, atque si à Variolis, etiam crustæ & pelliculae in Excretis, quasi hæc viâ exirent variolæ, ipsæ apparent. IV. *Critica dicta*, quæ cum levamine evenit in morbis, vel etiam in sanis, quos nisi subinde Diarrhea juverit, male habent. V. *Hypercatarsis*, sive *Superpurgatio*, id est Diarrhea valida à Medicamento purgante, aut Emeticò excitata, à *diaphysa* perfluo. B. *De Loop*. G. Bauch-flusz, durch-lauff, die Ruhr. Gall. *Flux de ventre*, *Cour de ventre*, la Foire, Diarrhee. A. A diarræa, Looseness or flux of the belly. Lusitan. *Biche*.

DIARTHROSION, sive *ABARTICULATIO*, & *COARTICULATIO*, seu *DEARTICULATIO*, est compositio ossium ab invicem separatorum ad evidentem, validum, facilemque motum comparata: qualis est in brachio, manibus, femore, pede &c. Vide *Articulatio*. Ex *dia* per, ex, *øgðegor* membrum, articulus. B. *Inwrigting der beinen / losse leding*. G. *Gliederung*. Gall. *Diar-throse, espece d'Articulation*. A. *Conjunction of the Bones*.

DIASCORDIUM, est Medicamentum aliquod compositum, electuarii consistentia, usitissimum, à Fracastorio autore inventum, Antidotum famosum.

DIASTOLE, est, Arteriarum, Auricularum & ventriculorum Cordis per impressum sanguinem dilatatio, quæ actio est opposita Systoli, quâ sanguis per diastolen acceptus comprimitur, & expellitur; ex *dia* per, & *øgða* mitto. B. *Opening des hertzs*. G. *Oeffnung des hertzens*. Gall. *Diastole ou dilatation du cœur*. A. *The dilatation of the heart*.

DIATERETICA, est pars Hygieinæ, quâ sanitas fir-

ma conservatur, quæ pro ætate & constitutione hominis varia est, ex diuina viætus ratio, & ingrediens seruo. Vide *Diaeta*.

DIATESSARUM, est Medicamentum ex quatuor ingredientibus compositum, ex Aristolochia nempe, Gentiana, Baccis lauri & Myrrha, quæ Meile excipiuntur, ex dia, ex & Tirocago quatuor. B. *Connchins Triakel* & *Paaerde Triakel*. Sed nomen nimis vile, pro tam egregio Medicamento.

DIATHESIS, est dispositio corporis sani vel morbos, quâ ad actiones peragendas benè vel male fumus depositi, à *dialetropi* dispono.

DIAZOMA, idem quod *Diaphragma* seu *Septum Transversum*, ex dia & zœua cingulum.

DICHALCUM, est pondus duorum æreolorum, continens tertiam oboli partem: Obolus enim habet æreola sex.

DICHO PHYIA, est capillorum vitium, quando extrema eorum bifariam plerumque in partes dividuntur, ex dia, zœua dupliciter, & φω cresco. B. *Spixtinge des hairs*.

DICROTUS, est pulsus bis feriens, ex dia bis, & *egru* pulso. B. *Bubbelt blaande pols*.

DICTAMNUM, **DICTAMNUS**, species est *Origani*; planta est pulchra & visui grata, caules habet duos circiter pedes altos, villoso, purpureos, ramoso, aut in alas divisos; folia obrotunda, & parum acuta, lanuginosa, odorata, saporis acris: flores cum verticillis in longas & laxas spicas congeruntur, coloris purpurei, in singulo flore galea est erecta, bifida, subrotunda, barba tripartita: semina quatuor subrotunda, in capsula, quæ flori tanquam calix intervivit, inclusa; radix parva, numerosa: crescit haec planta in *Candida*, in monte Ida unde ad nos sicca defertur; nomen accepit à τε τον τιτανον à pariendo, quod parentibus opituletur, opemque promittat haec planta, Gall. *Dictame de Candie ou de Crete*.

DICTAMNUS ALBUS, vide *Fraxinella*.

DIDYMI, sunt gemelli, unico partu editi. Item Testiculi, à διδυ duo.

DIES CRITICI, vide *Critici dies*.

DIGASTRICUS five **GRAPHOIDES**, est musculus biventer, qui à processu mammiformi ortum adipiscitur, descendens tendinem facit, quo per musculum stylohyoidem,

deum, & ligamentum annulare hyoidis transit, indè rursum carnosus fit, & in parte menti interiori mediâque interius definit; & maxillam inferiorem deorsum trahit, ex illis bis, & ~~yes~~^{yes} venter. B. Twee-builliige spier, G. Der zweybauchige mausz. Gall. *Muscle Digestrique*. A. The two bellied muscul.

DIGERENTIA, vocantur medicamenta, quæ vulneri, aut ulceri applicata, illa in hanc conditionem disponunt, ut bonum in iis nascatur pus, quod sit liquida allata conservando ab acredine, & vascula excrescentia ita moderando, ut nec luxurient, nec exedantur nimis, vel arida fiant. *Digestiva* quoque vocantur. B. Etter-mahende dingen. G. Eyter machende mittel. Gall. *Digestifs*. A. Digestive.

DIGESTIO, est, cum tincturæ, infusiones, &c. blando ignis calore foventur, ut res crudæ in iis latentes diffolvantur, crassæ incidentur, viresque affuso liquido communicent, inutiles verò in fundo desidant; atque hæc per agitur arenâ calefacta, finio equino, athanore &c. B. Digererung / dooz warinte uithaling. G. Digerirung. Gall. & A. *Digestion*.

DIGESTIVA, vide *Digerentia*.

DIGITALIS, est planta, quæ habet caulem duos vel tres pedes altum, crassum instar pollicis, angulosum, villosum, rubicundum, excavatum: folia ferè verbaico similia, oblonga, acuta, in margine incisa, villosa, superne atro-virentia, inferne incana: flores monopetalii tam singularis structuræ, ut perfectè referant digitabula parte anteriori, in bina labia sunt discissi, coloris purpurei, juxta caulum longitudinem plerūque nascentes, pedunculis brevibus villosis caulis adhaerentes; his floribus decisim sequitur fructus oblongus, villosus, in duas cavernulas divisus, semina exigua continens: radix est fibrosa, amara: hæc planta crevit in locis arenosis siccis, præsertim in montibus. Quæ à similitudine florum, qui digitale pulchre referunt ac exprimunt, nomen habet. B. Dinger-hoeds-kruid. G. Finger hut, finger-kraut. Gall. *Digitale*, *Gants nostre dame*. A. Fox glove.

DIGITUS, five ~~digiti~~. Singulis manibus, singulisque pedibus tribuuntur quinque. In Manu habemus Pollinem, Indicem, Medium, Annularem, & Atricularem. In

pedibus propriis nominibus non gaudent. Est item quædam mensuræ species, quibus rerum intervalla metiuntur. B. *Den duim / de wps-vinger / middel vinger / ringvinger / pinck.* G. Der daum, der zeiger, der mittel-finger, der gold-finger, der klein finger. Gall. *Le pouce, le doigt indice, le milieu, l'annulaire, le petit doigt.* A. Thumbe, Fore finger, middle finger, ring-finger, little finger, *in Pede.* B. *Toonen.* Gall. *Orteils.*

DIGLOSSON, seu HYPOGLOTTON, vocatur etiam *Laurus Alexandrina*, Latinis *Bifflingua*, quod supra folium, aliud foliolum linguæ simile, gerat, ex *δις*, duplex, & *γλωσσα* lingua.

DILATATIO, est, cùm meatus vel receptacula plus debito distenduntur, ut in Varice, Aneurismate &c. Gr. *εὐεργός*, ab *εὐέντη* dilato, amplio. Item, significat diastolen cordis. B. *Een verwidering.* G. Aufztreckung, Aufzstreckung. Gall. & A. *Dilatation.*

DILATORIUM, est instrumentum Chirurgicum quo uterus, vel os ejus dilatatur & aperitur; vocatur etiam *Speculum*, & *Dioptra*, quia per id in os vel uterus introspicimus. B. *Een verwiderend instrument.* G. Ein Ausbreitend instrument. Gall. *Dilatatoire.* A. An instrument to stretch out, or open any place.

DILUENTIA, sunt quæ permista alicui fluido, ejus partes magis fluidas, vel partes antea non fluidas, jam fluidas reddunt, eâ lege ne immutent partes ipsas. B. *Verdunende middelen.* Gall. *Dilayans.*

DILUTUM, dicitur quod est mixtum: undè vinum aquâ mixtum dicitur *Dilutum*. *Dilutum* verò substantivum factum, est id liquidum, in quo aliquid certo tempore maceratum & infusum fuit: ut si in vas vini appositum absinthium fuerit, deinde post interjectum tempus abstractum, id vinum absinthii *Dilutum* vocatur, idem quod *Infuso*.

DINICA, sunt Medicamenta contra vertiginem, & *διτία* circumago.

DINUS, idem quod Vertigo, à *διτία* circumago.

DIOBOLON sive GRAMMA, est obulorum duorum pondus, sive scrupuli unius, ex *δις*, & *κολός*.

DIONYCIA, vide *Hedera*.

DIOPTRA, est speculum matricis, sive dilatorium, quo

quo uterus, in foetus mortui extractione ejusque ulcerationum inspectione, dilatando ampliatur, à *diorthosie* perspicio. B. *Een moeder-verwiderend instrument / een moeder-spiegel.* G. Ein Mutter-spiegel. Gall. *Dilatatoire de la matrice ou speculum matricis.* A. An Instrument to open the womb.

DIORTHOSIS, est operatio Chirurgica, quā membra aut corpora curva in debitum statum restituuntur, à *diorthosie* corrigo, emendo.

DIOTA, est vas circulatorium à duabus auribus, utrumque brachium lateribus applicatum amplexantibus, dictum. Hujus inferior pars est in modum cucurbitæ, cui impositus est alembicus, in summo canalem, qui liquori infundendo inserviet, habens, in loco autem conveniente duobus rostris incurvatis & in cucurbitam à capitulo humorem condensatum devehentibus præditum, ex *duo* & *tri* auris. B. *Een vat met twee ooren / een dubbel vat.* G. Ein zweyhencklicht fasz, das zwey ohr hat. Gall. *Vaissaux à deux anses.* A. A Vessel with two Handles. Item est vasculum vel poculum, ex ligno odoro confectum & resina incrustatum. B. *Een riekkende beker..* G. Ein wolriechendes becherlein. Gall. *Coupe odorante.* A. A Sweet smelling cup.

DIPCADI, est species Hyacinthii botryoidis; ex vox barbarica, dicitur & *Tipcadi*.

DIPHYGES, est genus incrementi metallici, quod subsidet, dum æs in fornace fusum aqua frigida perfunditur.

DIPLASIASMUS, est morborum reduplicatio: Item duo musculi brachii circumductioni inservientes, à *duplicatio* duplo, vel *duplex* duplo major.

DIPLOE, est vas duplex, quod Chymicis usu venit, uti quando vas continens alio vasi arena, cineribus aut aqua repleto imponitur. B. *Dubbelt vat / een bad.* G. Ein zweyfach fasz. Gall. *Vaisseau double.* A. A double vessel: à *duplicatio* duplo.

DIPLOE, seu **DIPLOYSIS**, est Cranii duplex tabulatum, paries, squama, seu lamina. Dicitur & *tabula*, quarum inferior vitrea, ob teneritudinem appellatur. Sive potius est substantia cellulosa, inter utrafque lamellas, quibus constat cranium, interjecta, in qua continetur substantia.

tia medulloſa cranii. B. *Versen-tafels* / *tafel-scheidsels* / het mergachtig deel tusſchen beide de tafels van 't behuueel. G. Die fugen der Hirn-schalen. Gall. *le Diplōe*.

DIPLOMA, idem quod *Diplōe*. Sumitur aliquando pro linteo complicato, πτυχα Ἀρινετα, πτυχα ταιν, διπλωμα *Hesychio*, *Plagella Celsi*, *Aurel. B. Compres* / *gebouwcn band* / *een opgerochte band*. G. Ein Truch tuch, ein distillier zeug. Gall. *Compreſſe*. A. Complicated linnen.

DIPSACUS, Est planta, quæ habet caulem quatuor vel quinque pedes altum, pollicis crassitie, erectum, firmum, ramosum, striatum, spinis quibusdam parvis cinctum: folia sunt longa, lata, bina opposita, juxta longitudinem caulis & ramorum in dorso & latere hirsuta, positu suo pelvis vel lavacri speciem constituunt, ubi humor semper continetur: flos est flosculosus, flosculis scilicet in capitulum quoddam collectis favis æmulum; capitulum autem componitur ex plurimis foliis imbricatis, squamarum instar positis, & axi medio affixis, è quorum aliis surgunt flosculi multifidi, Embryonis parti supremæ insidentes, & abeuntes deinde in semen plerūque striatum quadrangulare, oblongum: radix laevis, candida, impensa amara est. Est Carduus fullonum: ejus folia ita constituta sunt, ut circa truncum alterum excipiatur alterum, ita ut catini instar aquam semper servent, ac si truncus sitret, vel nomen à contrario invenit, quoniam concavo alarum sinu, rorem vel imbreem recipiat, quo velut ad abigendas sitis injurias abutitur, hinc à $\Delta\psi\omega$ fitio. Latinis *Labrum Veneris*, nempè à catinato soliorum habitu hoc nomen contraxit, quæ se anfractuosa sinuantia ambage, pelvis vel lavacri speciem constituunt, & intra se humorem nunquam non retinent. *Virga Pastoris* haud dubiè dicta est, ob longas virgas, quibus cardui ad poliendos pannos utiles insident, quas pastores fortè sumunt, & ea parte qua possit manu capi aculeis nudant, reliquā autem aculeatā parte gregem ducunt. *Carduus verò Fullonius* cœpti appellari, quod ea rudes pannos, velut echino quodam expoliunt, detractisque floccis concinnant. B. *Haarden* / *Dolders-haarden*. G. Carten-distel, Weber-karten. Gall. *Chardon de Foulon*, *chardon à Bonnetier*, *chardon à carder*, *Verge à Berger*. A. Teafel.

DIPSACUS, idem quod *Diabetes*.

Dip.

DIPTAMNUM, idem quod *Digamnum*.

DISCRETORIUM, est idem quod *Diaphragma*. Sic dictum quia Thoracem & ventrem, casu tamen, discernit.

DISCRIMEN, fasciarum species est, quæ in frontis phlebotomia & temporum, adhibetur.

DISCUTIENTIA, sunt medicamenta, quæ liquidum in vasis, vel extra ea, sive stagnans, sive coagulatum subtilitate suâ dissolvunt, dissipantque fine solutione sensibili continui in externis. B. *Verdypende middelen*. G. Vertreibende mittlen. Gall. *Discussifs*. A. Discussing medecines.

DISLOCATIO, idem quod *Luxatio*.

DISPENSATIO, Pharmacopœis dicitur, quando simplicia alicujus compositionis ordine dispensantur, ne quid ingredientium oblivisci possit.

DISPENSATORIUM, dicitur *Liber Pharmaceuticus*, continens omnia Medicamenta tam simplicia quam composita, secundum mentem Doctorum, qui in hac vel illa urbe praxin exercent, uti est Amstelodamense, Londinense, Bruxellense &c. Dicitur quoque *Pharmacopœia*. Ex hisce Medicamentis secundum normam, & dosin officina Pharmaceutica instruitur. B. *Een Apotekers Winkelboek*. G. Apotecker-buch, Apotecker taxe. Gall. *Dispensatoire*. A. A Dispensatory.

DISPOSITIO, est habitus, quo ad actiones peragendas, bene, vel male sumus dispositi. Vide *Diatheſis*.

DISSEPTUM, idem quod *Diaphragma*.

DISSIMILARES, partes sunt, quæ in varias partes sibi dissimiles dividit possunt; ut manus, vena, musculus, quibus opponuntur similares. B. *Ocelen die malkander niet gelijk zyn*. G. Ungleiche theilen. Gall. *Parties dissimilares*. A. Dissimilar parts.

DISSOLVENTIA, idem quod *Discutientia*.

DISSOLUTIO, est, quando metalla, lapides, salia, resinæ, aut aliud quid in spiritu vini aliove liquore dissolvuntur. Vel quando corpora arte Chymicâ, in sua elementa rediguntur. B. *Een ontdoeninge / dissolutie / ontbinding*. G. Aufloesung. Gall. & A. *Dissolution*.

DISTENSIO, est, quando partes ab alio inflantur, dilatantur, & relaxantur, ut ex effervescentiis vel contractionibus in intestinis concitatis, oriuntur flatus & non tard pressiones doloresque. B. *Een uittrekkinge*. G.

Auszstreckung. Gall. *Diftension*. A. Diftension.

DISTICHLA, & **DISTICHIASIS**, est duplex pilorum in palpebris ordo. Item continuus Lachrymarum defluxus, à pilorum in palpebris, ordinariis pilis subnascen-
tibus, punctione, ex *δις* malè, & *σειχω* incedo, vel ex
δις & *γειζ* pilus. B. **Bubbele hairkens der Oogschelen**.

DISTICHUM, vocatur Hordeum minus seu æstivum:
sic dictum quod spica tantum duos granorum ordines ha-
beat.

DISTORSIO, est, cùm partes situ aut figurâ peccant.
B. **Verdzapinge / Verwzinging**.

DISTRIBUTIO, intelligi potest de quounque humore singulari per corpus distributo; ut cùm chylus ex ven-
triculo & intestinis papillas intestinales (à Willifio *tunica glandulosa* dicta est) subeat, & per venas lacteas, ductum
que chyliferum, in venam subclaviam exantlatur, ut unā
cum sanguine circuletur & purpureo colore induatur.
Vel quando sanguis ex corde, & succus cerebralis ex ner-
vis per totum corpus distribuatur, & talis distributio vo-
catur *ἀνάδοσις*. Verum de excrementis, dicitur *διαχέρευσις*.
B. **Distributie / uitdelinge**. G. Aufztheilung. Gall. *Di-
stribution, Division, Partage*. A. Distribution.

DIURESIS, est urinæ per renes secretio, quæ hoc
modo peragitur: adjacent arteriis renalibus exiguae glan-
dulae, vel laterales arteriolæ cincinnatæ, quibus serum à
sanguine secernitur, & per canaliculos exiguo, (ex qui-
bus renum substantia maximâ ex parte conflat) ad carunculas
papillares, & deinde ad pelvim, ureteres, vesicam
que foras deducitur, ex *δια* per, *πειω* fluo. B. **Pis-schep-
ding / pisßen**. G. Harnen. Gall. *Secretion d'Urine*. A. Urine.

DIURETICA, seu **URETICA**, urinalia Medicamen-
ta *Aurel.* sunt Medicamenta, quæ sanguinem incidendo
& dissolvendo, serum per renes, ad vesicam copiosius de-
terminant, ex *δια* per, *πειω* urina, & *ειω* fluo. B. **Pisbyp-
vende middelen**. G. Harn oder wasser treibende mittlen-
Gall. *Diuretiques*. A. Medicines Causing Urine, or piss-
drivers.

DODECADACTYLOM, sive **DUODENUM**, est in-
testinorum tenuium primum, à ventriculi pyloro incipiens,
& primo perpendiculariter, deinde horizontaliter, à dex-
tra abdominis parte versus rénem sinistrum, excurrit: re-
cipit,

cipit, ad trium vel quatuor digitorum distantiam à pyloro, oscula ductus cholidochi & pancreatici, pro bilis & suc- ci pancreatici susceptione: tunicarum ejus crassities ma- jor, quam reliquorum tenuium; sed cavitas ferè minor; glandulas Brunneri copiosissimas habet: terminatur ubi jejunum incipit, ex δωδικα duodecim, & δεκατριά digitus, ob longitudinem duodecim digitorum; quod tamen in no- stris hominibus nunquam observatur; forte Veteres ex brutorum inspectione hallucinabantur, forte erunt digitii tantum transversi. B. **De twaalf vingerige darm.** G. Der zwælf finger darm. Gall. *Duodenum.* A. The gut duodenum.

DODECAPHARMACUM, est compositio constans ex duodecim simplicibus, ut unguentum Apostolorum. Ex δωδικα, duodecim, & φάρμακο Medicamentum.

DODRANS, est pondus unciarum novem. Item men- sura duodecim digitorum, aliás palmus major Latinis, & Gr. σπιθαμή dicitur. Dodrantalis itaque cauliculus voca- tur, qui longitudine duodenos æquat digitos.

DOGMATICA, MEDICINA, seu RATIONALIS, quæ ex observatis & analogia ratiocinatur hujus author fuit Hippocrates, & post eum Galenus, qui experientiæ rationem addidere, ita à δοξια censeo. B. **Een regelmati- tie Medicynne.** G. Eine regelmaessige und verständige Artzney. Gall. & A. *Medicine Dogmatique.*

DOGOMATICI, sunt, qui experientiæ rationes inquisi- verunt. B. **Rechtmatige Medicyns.**

DOLICHOS, est smilax hortensis seu phascolus, est in- ter leguminum species, nomen accepit à longitudine fili- quarum aut fructuum, δολιχος enim est longus.

DOLIUM, idem quod Lolium, mutato L. in D.

DOLOR, Gr. Αλγησαι, οδύνη, πόνος. Quid sit, dici non debet, cum nemo sit, cui id persuadeas, nisi aut do- let, aut doluerit aliquando, quod animadverti debet ad- versus eos, qui putant, se bene definivisse, cum dolorem dixerint esse vel continui solutionem, vel periculum rup- tionis fibrarum, vel denique summam distensionem, à qua ruptionis periculum abesse nequit, sed in iis non constitut dolor. Verum dolor est ingrata perceptio in mente orta, quod Nervus, ex Cerebro originem habens, tam valide per causas distendatur, ut periculum ruptionis incurrit.

Si autem rumpitur, non amplius ille dolet, sed rami nervosi laterales jam magis quam ante distracti, eum sensum excitant. Pro varietate etiam variant nomina, ut *Algens*, si frigus adsit. *Gravatus*, si caput vel alia pars gravatur. *Pungens*, quando gladii instar pungit. *Ostocopus*, quando dolor circa ossa est. *Stupidus*, si vix sentiatur, aut saltē ferri possit. *Tensens*, quando tensio adsit. Sic à parte affecta, etiam varia fortitudo nomina. In capite *Cephalalgia*, *Cephalea*, *Hemicrania*, *Crapula*, &c. Circa articulos, *Arthritis* dicitur. In reibus *Nephritis*, in alvo *Colicus* &c. B. *Ppn/ wte.* G. Der Schmertz. Gall. *Douleur*. A. A Pain.

DONAX, idem quod *Calamus*.

DORIA HERBA, est species Solidaginis saracenica. Nomen accepit ab *Andrea Doria*, Genuensi Duce, qui eam ex Africa attulit. Quidam Dorianam à luteo aureoque colore, nomen accepisse dicunt : Aurum enim Gallis *Or* appellatur.

DORONICUM, est planta officinalis, quae habet folia ampla, subrotunda, viridia, lanuginosa, cucumeris satis similia, sed magis exigua, & molliora : caulis pedem circiter altus est, parum lanuginosus, rotundus, striatus, in summitate in plures ramusculos divisus, floriferos : flos est radiatus, altere major, flavus : hujusque discus ex flocculis, corona ex semiflocculis componitur, semen est papposum, minimum, nigricans, calidum est, ac sudoriferum insigne : radix composita ex radiculis oblongis, rotundis, tuberosis, nodosis, digitis minoris crassitie, ex viridi palecentibus, plures ex uno capite tenuibus quasi filis dependent, saporis subacris, subdulcis, ad Glycyrrizam accendentis, odoris nullius, saporis minus aromatici, quam Glycyrrhiza. Hæc quibusdam suspecta est & venenata habetur, quia quibusdam animalibus exitiosa deprehensa fuit, unde non Doronicum, sed demoniacum appellat Marantha, & forte quia gustata in faucibus relinquit aliquam acrimoniam, & infecta dulcedine os replet; qui venenatum dixerunt, crediderunt esse Aconitum Theophrasti à θορη & νικη : sed illam venenatam esse adhuc minimè constat. Avicennæ *Durinigi* & *Doronigi*, atque hinc devolvitur *Doronicum*. G. Gaembser-wurtz, Schwindel kraut. Gall. *Doronic*. A. Leopards-bane.

DOR-

DORSUM, seu Tergum, pars thoracis posterior dicitur. Gr. *τέργον*. *Dorsum manus vel Pedis*, est exterior eorum facies. Ita gibba nati, scapulae & illi ossis pars etiam dorsum appellatur. B. *De Rug*. G. Der Ruecken. Gall. *le Dos, l'Eschine*. A. The Backe.

DOSIS, est Medicamenti determinata portio, sive quantum unicā vice exhibetur vel propinatur, à *δόσει* do. B. *Gifte*. G. Gewisse Mafz einer Artzney. Gall. *Dose, Prise*. A. A Dose.

DOTHIEN, idem quod *Furunculus*.

DRABA, vide *Arabis*.

DRACHMA, est & pondus & mensura. *Ægyptiaca* fuit olim & *Attica*. Illa pendebat obolum, hæc vero scrupulos tres, vel obolos sex, ut & hodie in officinis. Octo constituant unciam. Signatur signo 3 olim *ἰαντί* dicta fuit. Et signabatur cum A quod ab inferiore parte o habebat, quandoque manipulum significat, à *δεκάλοους* prehendo, manu corripio. B. *Een dragme/ een vierendael loots*. G. Ein drachme, der vierte theil eines loths, een quintlein. Gall. *Drachme*. A. A Dram.

DRACO HERBA, Est planta, quæ habet caules plures, tres pedes altos, tenues, duras, parum angulosas, folia plurima gerentes longa & angusta instar lini, odora ta, coloris viridis, obscuri, splendentia, saporis acris, aromatici, cum dulcedine quadam grata Anilum referente: flores in summitate caulis crescunt instar abrotani, sed minimi, his succedunt fructus parvi, rotundi, & squammo si, qui singuli continent semen: radix longa, ramosa: est herba non insuavis odoris ac saporis: ejus nomen videtur fuisse *Taracon*, *Tarchon*, *Tragum*, *Tragium &c.* hinc mutato T in D, oritur *Draco*, & B. *Dragon*. G. Dragon. Gall. *Estragon*, *Dragon*. A. Taragon.

DRACO ARBOR, & DRACONIS SANGUIS, est arbor exotica, cuius lachrymæ rubicundum & sanguineum fundunt succum resinofum, unde ei nomen impositum: additur *Dracōnis*, quoniam profluit ex arbore *Dracone* dicta, ex cuius cortice vel descissio, vel sponte destillat. B. *Draken-bloed*. G. Drachen-blut. Gall. *Sang de Dragon*. A. Dragons-blood.

DRACONIS SANGUIS, est *Lapatrum Rubrum*, cuius folia costas habent obscurè rubicundas, seu sanguineas,

neas. B. *Draaken-blod.* G. Drachen-blut. Gall. *Sang-Drago-*
gon. A. Dragons-blood.

DRACONTHÆMA, idem quod *Sanguis draconis*. Ex
dracunus draco & *alpus* sanguis.

DRACONTIA, Est planta, quæ habet unicum caulem
tres pedes circiter altum, pollicis crassitie, erectum, cor-
tice tectum cutim serpentis referentem : folia profunde in-
cisa in magnas, varias, & profundas lacinias, angusta,
polita, carnosa, splendentia, caulibus longis & fungosis
adhærentia, cætera ut in aro : radix est crassa, ferè rotun-
da, carnosa, externè coloris flavescentis, internè albescen-
tis, saporis dulcis : crescit hæc planta in locis umbrosis,
præsertim in regionibus calidis. *Dracontium*, *Dracuncu-*
lus, *Serpentaria*. Nomen à figura sumptis : caulis enim
glaber purpureisque respersus lituris, versicolori facie,
corpus anguinum repræsentat, & æquat longitudine. Ver-
tex quoque sinuoso oris hiatu, linguam exerens cruentam,
caput exprimit. Atque hinc est quod Veteribus etiam
Romanis *Colubrina* ac *Serpentaria* nuncupata fit : vel sic
dicta, quod è terra ad primas serpentium vernationes
exeat, rursusque cum iisdem se in terram recondat, nec
omnino occultata ea appareat serpens : dicitur & poly-
phyllus. B. *Spicer-wortel* / *Spicer-kruid*. G. Schlangen-
kraut, drachen-wurtz. Gall. *Serpentaire*. A. Dragon-wort.

DRACUNCULUS, idem quod *Dracontia*.

DRACUNCULUS, est ulcus quod nervum ipsum per-
vadit : Item lumbricus longus, planus, non admodum la-
tus, albus, qui cruribus Indorum frequenter innalcitur,
à *dracunus* draco. B. *Draak-gezweer* / *Draak-worm*. G.
Drach-geschwär, drach-wurm. Gall. *Serpentaire*. A. A
Dragon ulcer vel worm so called.

DRAGETA, idem quod *Tragea*.

DRAGMA, idem quod *Manipulus*.

DRAGMIS, idem quod *Pugillus*.

DRASTICA, sunt Medicamenta præsentissima & mul-
tarum virium; in specie sic vocantur purgantia fortiora, à
dragis facio. B. *Van stonden aan helpende middelen*. G.
Bewahrte Artzney.

DROPACISMUS, est medicamentum externum, par-
tibus rubefaciendis, adeoque motum in iis excitando, di-
catum, quo membra externa omnia extenuata ; resoluta,
fri-

frigida & humida, oblini solent. Estque vel simplex vel compositus. *Simplex* ex pice modica oleo liquata, consistat. *Compositus* præter picem oleo liquatam, recipit etiam piper, pyrethrum, bitumen, semen rorismarini: & si opus sit fuccare, *Sulphur virum, salem, cinerem farmentorum*; fin vellicare *Euphorbium*. Forma varia est, quidam enim emplastri referunt, alii cataplasmatis formam. Lat. *Picatio*, à *δέρνω* decerpo, colligo. B. *Een pilt-pleister / zalf om het hair uit te trekken.* G. Ein Pech-pflaster. Gall. *Dropsacie*.

DROPAX, idem quod *Dropacismus*.

DROSOME LI, vide *Manna*.

DRUS, seu *Δρῦς*, quercus, à *δέρνω* excortico, ejus enim cortex *βυρρόδερνος* usui est: vel à *δέρνω* erumpo, pullulo. Veteres omne genus arboris *δέρνως* appellatione intellexerunt: posterioribus *δέρνως* omnem arborem glandiferam tantum significat, & præsertim *Quercum*. Etymologia fit quoque à *δέρνω* seu *δέρνα* arboribus & herbis vireo.

DRYPEPES, *Olīva*, sic vocatur quod fructus ex arbo-re cadant, ex *δέρνως* arbor, ut apud Veteres, & *πίπτω* cado.

DRYOPTERIS, est Filicis species, & propriè Polypodium quercinum, ex *δέρνως* quercus, & *πτερίς* ala, quod folia alarum in modum se expandant.

DRYPIS, est planta spinosa, à πάτητος δέρνπτειν à lancinando, pungendo, vellicando.

DUCTUS ADIPOSÍ, vide *Sacculi Adiposi*.

DUCTUS AQUOSÍ, vide *Vene Lymphaticæ*.

DUCTUS BILARIUS, vide *Porus Bilarius*.

DUCTUS CHYLIFERUS, est canalis, qui à superiore Receptaculi parte oritur, sive est tantummodo Receptaculum in arctiorem canalem protractum simili, tenui, membranosa, satis tamen firma, tunica formatum, valvulis instructum, idcirco ubi chylo repletus, candidus appetet, ubi vero inanis collabitur, ægrè, nec nisi ab exercitato reperitur, ab hac origine (sepe dupli, mox coeunte) flexuoso quodammodo (quandoque insulam formans) mox recto itinere adscendit, in media corporum vertebrarum thoracis sede, medio inter venam sine pari à dextris & aortam descendenter à sinistris loco; ita tamen ut aorta ipsi maximam partem incumbat: & hic est locus ille, ubi certissime in quocumque cadavere reperiri potest

ille

LEXICON

332

ille ductus; nam licet inanis & collapsus sit omnino, levi ibidem loci, inter azygam & aortam vulnusculo pleuræ inficto, atque illa paululum distracta, certò reperitur: pergit dein à descripto loco, semper incumbens vertebris, sub Oesophago, subter arcum venæ azygæ; (quæ arcum venosum in dextro latere, uti arteriosum aorta in sinistro format,) inde supra corpora vertebrarum sinistrorum inclinat, pergit subter soporalem arteriam sinistram, usque ad medium ultimæ cervicis vertebrae, toto hoc decurru, sèpè insulas majores, minores, vario loco efformans; decurrit in cellulosa quadam substantia, sèpè ut alibi in corpore, pinguedine infarcta, sub pleura membrana, adeoque extra thoracis cavum, æquè ac vasa spermatica, ureteres &c. hâc ratione extra cavitatem abdominis, sub peritoneo decurrere dicuntur: postquam ad medianam ultimam cervicis vertebrae sedem sinistrorum inclinando adscendit, ibi arcus forma incurvatus, sinistrorum deorsum tendit, pone venam jugularem internam sinistram, & terminatur ubi plurimum in venam subclaviam sinistram, à parte postica, sub valvulis venæ jugularis internæ: præter valvulas semi utriculares, & geminatas, quæ in toto hoc ductu reperiuntur, quæque parte suâ convexâ receptaculum chyli, parte concavâ venam subclaviam respiciunt, datur & altera semilunaris, aperturae ductus thoracici in venam subclaviam apposita, ita ut cornua ejus venam subclaviam respiciant, admittens liquidum ex ductu in venam subclaviam, sed regressum ipsi negans. Usus est Chylum & Lympham versus cor, ex intestinis, & partibus inferioribus vehere & adducere: hinc non incongruè dici potest, vena cava chyli & lymphæ. vid. *Sacculus chyliferus*. B. *Gyl-leider* / *gyl-boeder* / *dauw-boeder* / *boerstbnis*. G. Der gylfuehrer, der brust-kanal. Gall. *Le conduit du Chyle ou Thoracique*. A. The Thoracik duct.

DUCTUS COMMUNIS. vid. *Vesica fellis*.

DUCTUS HYGROBLEPHARI, sunt quidam ductus, qui intra palpebras succum exonerant lymphaticum, quo oculi continuò, ne arescant, irrigantur, ex ὕγρῳ, humidum & βλιφαρῳ, palpebra. B. *Oogledens brvoigtigers*. Der Auglieder Wasser Röhre. Gall. *Les Conduits aqueux* A. The ducts wherewith the eyes are moistened.

DUCTUS HYGROPTHALMICI, idem ac *ductus Hy-*

grophlephari, ex $\delta\gamma\epsilon\delta\nu$ humidum & $\delta\phi\alpha\lambda\mu\delta$ oculus.

DUCTUS LACHRYMALES, sunt, qui omnem lympham, quā oculi irrigantur, suscipiunt, & per narum ossa incidentes in nares sese exonerant. B. Traanbui-zen. G. Der thränen kanal. Gall. Trouz lachrymaux, Conduits lacrymaux, Sacs lachrymaux, Conduits de Larne. A. The lachrymal ducts.

DUCTUS PANCREATICUS, est canalculus, ex pancreate ortum ducens, qui juxta, vel non procul à ductu bilario intestino inferitur; succum vehit Lymphaticum, quem in intestinum duodenum mittit, ad cibum (à fermento acido ventriculi & bilis admixtione) volatilifandum & fermentandum: Doctiss. de Graaf succum subacidum ex ipso ductu emulgere novit; alii etiam Medicis cordati, inter quos Phil. Matthaeus Junior, Dom. Paisse-nius, Dom. Michaël Behm &c. de succo istoc acido non parū ambigunt, & de morbis quibusdam, quos ex effervescentiis acidi succi pancreatici cum bile in duodeno derivat Excell. Dom. Sylvius, hacētis valde dubitant. Nos autem interdum pr. sanitatem acidum inveniri affirmamus, sèpè etiam saltum, & austern; frequenter tamen insipidum & volatile, vide Anat. nostram Reform. B. De al-bleis-buis / de grote bliers-buis. G. Der Pancreatische kanal. Gall. Conduit Pancreatique, ou Conduit de Vir-fung. A. The pancreatic duct.

DUCTUS RORIFERUS, sic à Nobiliss. Bilfio dictus, idem est quod *Ductus Chyliferus*.

DUCTUS SALIVARES, tive salivarii, sunt meatus qui à glandulis maxillaribus, parotidibus, sublingualibus, & glandulis parvis, per totam membranam oris, precipue per labra, palatum, buccas & linguam dispersis producunt, succum salivalem effundunt in os, ad cibi solidioris dilutionem, missionem, solutionem, masticationem, deglutitionem, & nonnullam fermentationem promovendam. B. Speeksel-baten. G. Geisser fæsse, speichel rehre. Gall. Conduits salivaire. A. The salivall ducts.

DUCTUS THORACICUS, idem quod *Ductus Chy-lierus*.

DUCTUS UMBILICALIS, vide *Funiculus Umbili-calis*.

DUCTUS URINARIUS, idem quod *Ureter & Ure-thra*. DU-

LEXICON

334

DUCTUS VIRSUNGIANUS, sic dictus ab inventore 1642. *Joan. Georgio Wirsung.* Idem quod *Ductus Pancreaticus.*

DUELLA, est Veterum pondus, pendens octo scrupulos.

DULCAMARA; seu GLYCYPICRIS, est Solani species, sic dicta quod saporem inter dulcem & amarum habeat; flore & fructu quidem resert solanum, verum ad distinctionem aliorum solanorum, dicitur solanum scandens, & non habet vires narcoticas solanorum; si pars recenter avulsa manducetur, per totum amaritatem diffundit, & paulo post dulcedinem mellitam. B. *Wifg-ranhen.* G. Hunds-kraut, je længer, je lieber, bitter-fufz. Gall. *Dulcamere.* A. Woody Nightshade or bitter-sweet.

DULCEDO AMORIS, vide *Clitoris.*

DULCORATIO, idem quod *Edulcoratio.*

DUELLA, est tertia unciae pars, octonis scrupulis terminata.

DUODENUM INTESTINUM, vide *Dodecadastylum.*

DUPONDUM, pendet Drachmas quatuor, seu semiunciam. B. *Een Lood.* G. Ein Loth. Gall. *Demi once.* A. An half ounce.

DURA MATER, vide *Mater dura.*

DYSÆSTHESIA, est difficultas seu vitium sensuum, ex *ðv* difficile, & *airgáropas* sentio.

DYSCINESIA, est movendi impotentia, sive sit immunita, sive abolita. B. *Onmagt om te bewegen.* G. Dam sich nicht bewegen kan. Gall. *Impuissance à se mouvoir.*

DYSCRASIA, est inæqualis particularum in sanguine, vel succo nervoso mixtura, à *ðv* difficile, & *ægrynnus* milCEO, tempero. B. *Ongestalte/ onmatigheid.* G. Veranderte gestaltnis. Gall. *Dyscrasie.* A. Idem.

DYSECOIA, est audiendi difficultas, ex *ðv* difficile & *æræs* audio. B. *Swaarhoorig.* G. Hartheerung, Taubheit. Gall. *Ouïe dure.* A. Heaviness of hearing.

DYSELSES, (cui opponitur *Euelces*, vide suo loco) est is, qui ulceribus curatu difficillimis laborat, ex *ðv* difficile, & *læsæ* ulcus. B. *Die quade zweren heeft.* G. Der bæse geschwär hat.

DYSENTERIA, Lat. *Termina*, est Diarrœa cum Tenesmo

nesmo leviore vel graviore, totiusque ventris tormentibus, ac sanguinis, etiam puris excretione; hisce accedunt anxieties magnae, dejectiones frequentes, quae saepè habent brevia intervalla, deinde mucus & pellicula prodeunt, quando Dysenteria alba dici solet; siti adhuc, febri, inquietudine, viriumque imbecillitate laborant. Sed Dysenteriae aliquando Epidemicæ sunt, aut cum peste, & in urbibus vel castris multos uno tempore affligunt. Nonnumquam excreta halitum exspirant qui adstantes inficiunt, à $\delta\upsilon$ difficile, $\varepsilon\pi\tau\zeta\sigma\nu$ intestinum & $\rho\epsilon\omega$ fluo. B. *Noo-loop / rood melzoen / bloedgang.* G. Die rothe Ruhr, der blutgang. Gall. *Dysenterie, Trenchée de ventre, Flux de sang.* A. The Bloody flux or dysentey. Lusit. *Biche.*

DYSEPOLOTICA, sunt ulcera maligna, curationem respuentia, ex $\delta\upsilon$ difficuler, $i\pi i$ super & $\lambda\alpha\beta$ integer. Sed potius ab $\alpha\lambda\mu\mu$ perniciem infero, derivandum censem. B. *Zweeren die niet willen toeheelen.* Gall. *Ulceres malins.*

DYSODES, $\delta\pi\sigma\sigma\mu\alpha$ vel $\delta\pi\sigma\delta\mu\alpha$. Est omne illud quod male olet, ut excrementa. Ei opponitur *Euodes*, ex $\delta\pi\zeta$ difficile, & $\beta\zeta\omega$ oleo. B. *Stinkende dingen.* G. Stinkende fachen.

DYSOREXIA, est appetitus diminutus, ex mala suc-
corum in ventriculo dispositione, ex $\delta\pi\zeta$ difficile, & $\alpha\gamma\pi\alpha$ cupio. B. *Trage eet-lust.* G. Wenn man keine lust zu essen hat. Gall. *Degout, sans appetit.*

DYSPATHIA, est patiendi difficultas, cui opponitur *Eupathia*, ex $\delta\pi\zeta$ difficile, & $\pi\alpha\chi\mu$ patior. B. *Onpatien-*
tig. G. Ungedultig.

DYSPEPSIA, est difficultas cibos concoquendi, seu attenuandi, & subigandi per liquida assusa in ventriculo & intestinis, unde non raro hi sequentes suam naturam, quam extra corpus animale induissent in simili calido humidoque loco, in nidorem, vel aciditatem convertuntur, ei oppositum est *Eupepsia*, ex $\delta\pi\zeta$ & $\pi\pi\tau\pi\omega$ coquo. B. *Moezelijke verdouwinge.* G. Undauigkeit des magens. Gall. *Digestion difficile.*

DYSPHONIA, est loquendi difficultas, ex mala organorum dispositione, ex $\delta\pi\zeta$ difficile, & $\phi\pi\pi\omega$ voco. B. *Ein zware stem.* G. Schwere zu sprechen.

DYSPHORIA, est tolerandi vel patiendi difficultas, ex $\delta\pi\zeta$ regre, & $\phi\pi\pi\omega$ patior, tolero. DYS-

L E X I C O N

§36.

DYSPNOEA, est respirandi difficultas, cum dolore & fatigatione ab organis Respirationis vitiatis, obsefis, aut irritatis orta. Habetque duos gradus, nempe Asthma & Orthopnæam, de quibus suo loco, ex *δυσ* difficile & *πνεύσις* spiro. B. *Moezelphē adim.* G. Schwer atheim, engbrustigkeit, keuchen. Gall. *Respiration embrassée, difficulté de respirer.* A. Difficultie of breathing.

DYSTHEREPUTA, sunt morbi curatu difficiles, ex *δυσ* pervicaciter, & *θεραπεία* curo. B. *Ziekten die zwaar te genezen zijn.* G. Krancheiten die nicht leichtlich weg gehen. Gall. *Maladies difficiles à guérir.*

DYSTHYMIA, est animi ægritudo, ex *δυσ* ægré, & *θυμός* animus. B. *Zwaarhertig.* G. Schwermuthig. Gall. *Melancolie.* A. Heavie spirited, Heavie-minded.

DYSTOCIA, est partus difficilis, sive præter ordinarium cursum fætus in lucem, editio. Hoc fit quando nempe obliquè, transversim vel pedibus primo egreditur, vel cum viæ ex inflammatione, vel alias angustæ sint, vel cum fætus magnus, debilis, obesus, vel mortuus sit, ex *δυσ* difficile, & *τοκτιστική* pario. B. *Een moezelphē haring.* G. Schwære arbeit im geburt. Gall. *Accouchement laborieux ; Travail difficile.* A. Difficult birth or hard labour.

DYSURIA, est mingendi difficultas, ab organis male dispositis, aut à calculo, arenis vel viscidis humoribus obstructis, plerūmque cum ardore urinæ, ex *δυσ* male, *ὕγεια* urina, & *πόνος* fluo. B. *Een moezelphēheid in 't watter maken.* G. Harnstrenge, harn-wande. Gall. *Difficulté d'Urine.* A. Difficultie in pissing.

E.

EBENUM, EBENUS, vel HEBENUS, est arbor durissimi, gravissimi & nigerrimi ligni. Procul dubio ejus origo debetur voci Arabicæ *Alban*, *Albanos*, *Abenus*: Hinc facilioris elocutionis gratia *Ebenus*. B. *Ebben-hout boom.* G. Eben-holtzbaum. Gall. *Ebene.* A. Ebony tree.

EBISCUS, idem quod *Hibiscus*, vide *Althaea*.

EBULLITIO, ab ebullire, est liquorum, mediantè igne rarefactio. Vel quando alcalia & acida mutuo commiscentur, ut in effervescentiis. B. *Opzieding.* G. Das Sieden, Auffkochen. Gall. *Ebullition.* A. A Boiling, Bubbling.

EBULU-